

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 48. Joannis Poggii Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

jamjam Zwinglii secta infectam venit, **Sæc. XVI.**  
 ubi Sleidanus eodem hæresis veneno **A.C. 1556.**  
 imbutus Sturmium amicum suum re-  
 perit, qui eidem non modo in eluc-  
 branda sua historia egregiam navabat  
 operam, sed etiam pingue stipendum  
 procurabat. Injungebatur eidem Anno  
 Christi millesimo quingentesimo quadra-  
 gesimo quinto a Protestantibus legatio  
 ad Angliæ Regem, pariterque ad Sy-  
 nodum Tridentinam decernebatur, ut  
 alibi meminimus. Præterea magnum  
 quidem sibi nomen apud suos compara-  
 bat, cum autem Zwinglii hæresin non-  
 nisi Argentinensibus complacendi stu-  
 dio profiteretur, hinc ad eorum exem-  
 plum eadem facilitate Lutheri sectam,  
 cui etiam immortuus est, amplecteba-  
 tur. Præter suos commentarios latine  
 reddidit Claudi Seyffelii Historiam *de*  
*Gallorum Republica, ac Regum obligatio-*  
*nibus*, nec minus in compendium rede-  
 git, atque in latinum sermonem trans-  
 tulit Froissarti Historiam, & Platonis  
 librum de Republica, & legibus. De-  
 nique posteris reliquit aliud opusculum  
 de quatuor Monarchiis scilicet Baby-  
 lonica, Persica, Græca, & Romana.

## §. XLVIII,

*Joannis Poggii Cardinalis obitus.*

E e 5

Hoc

**Sæcul. XVI.** **H**oc anno Sedes Apostolica quatuor  
A.C. 1556. Cardinalium mortem deplorabat,

*Ciacon. in  
vit. Pont.  
tom.3.p.778.  
Aubery vie  
des Cardi-  
naux Andr.  
Vit. in ad-  
dit Ciacon.  
Ferd. Ughel.  
in Ital.  
Sacra*

quos inter primus erat Joannes Poggius Bononiæ in Italia ex Christophoro se- creto Joannis Bentivolii Ministro, & Francisca patria Mantuana, Mense Januario Anno Domini millesimo quadra- ingentesimo nonagesimo tertio natus. Is parentum suasu ætate minus adulta tua autem conjuge sua, ex qua filios suscepereat, sacræ militiæ nomen dedit, Romamque delatus primo Protonotarius, ac Thesaurarius Apostolicus fuit renuntiatus: postea vero a Paulo III. Pontifice tanquam Sacræ Sedis Nuntius in Hispaniam ad Carolum V. Cæ- farem ablegabatur, ubi etiam non sine ingenti nominis sui fama per plures an- nos commoratus est, & demum circa Annum reparatæ Salutis millesimum quingentesimum quadragesimum quar- tum, ex Hispania in Germaniam pro- fectus Bonnam prope Coloniam perve- nit, ut Lutheri sectam in hanc urbem invehi præpediret; verum paulo post a Julio III. rursus in Hispaniam decretus ob egregia Religioni Catholicæ præ- stita obsequia Tropiensi Episcopatu, at- que ad preces Caroli V. qui Virum plu- rimi habebat, purpura Anno Salvato- ris nostri millesimo quingentesimo quin- qua-

quagesimo obtento titulo S. Anastasiæ Sæc. XVI.  
honoratus est. Porro cum in Italiam A.C. 1556.  
a Papa rubrum galerum recepturus re-  
diret, Bononiæ in patria sua substitit,  
ibidemque magnificum exstruxit Pala-  
tium, suisque impensis in Ordinis Ere-  
mitarum S. Augustini templo Sacellum  
sub S. Joannis Baptistæ invocatione eri-  
gendum curavit, ubi etiam duodecima  
Februarii die Anno post Christum natum  
millesimo quingentesimo quinquagesimo  
sesto Bononiæ mortuus, & sub primo  
Pontificatus Pauli IV. Anno sepultus est.

### §. XLIX.

#### *Cardinalis Borbonii Mors.*

Alter ex illis, qui hoc anno objere, *Ciacon. t. c.*  
erat Ludovicus Borbonius, natio *p. 386. San-*  
*ne Gallus, & regio sanguine ortus;* *Marth. hist.*  
*tertius enim, vel quartus erat filius* *Geneal. de*  
*Francisci Vindocinensis ultimi Comitis,* *la Maison de*  
*qui Carolum VIII. in expeditione Nea-*  
*politana comitatus post Farnovanum*  
*prælium Vercellis deceperat. Matrem*  
*is habebat Mariam Lucemburgicam*  
*S. Pauli Comitissam, quæ dicta est Ma-*  
*ter pauperum, & Religiosorum, perman-*  
*sitque Vidua per annos quinquaginta,*  
*& unum. Ceterum Ludovicus die se-*  
*cunda Januarii Anno Incarnationis Do-*  
*minicæ millesimo quadringentesimo*  
*nonagesimo tertio Hami Picardiae urbe*  
pri-